



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Annus Cisterciensis

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta  
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs  
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

**Meglinger, Joseph**

**[S.l.], Anno MDCLXXXII.**

21. Junij. 11. Cal. Julij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45295**

demeritis tam gravibus oppresso, & meritorum nullorum conscio? Unum nempe superest remedium, ut tu Deum exores ad suæ Passionis merita mihi misericorditer donanda. In hoc spem meam repono.

S. BERNARDUS, ser. 61. in Cant.

Ego fidenter, quod ex me mihi deest, Merita  
 usurpo mihi ex visceribus Domini; nostra  
 quoniam misericordiâ affluunt, nec ex vi-  
 defunt foramina, per quæ effluant. scrib<sup>o</sup>  
 Meritum proinde meum, miseratio Christi.  
 Domini. Non planè sum meriti inops,  
 quamdiu ille miserationû non fuerit.



21. Junij. II. Cal. Julij.

B. EUSTACHI: qui in Baudeloënsi <sup>Floruit</sup>  
 sylvâ, dum prima monasterij fun- <sup>anno</sup>  
 damenta ponerentur, tum paupertatis <sup>1197.</sup>  
 & laborum diuturnâ tolerantia, cum  
 vitæ puritate meruisti inter sanctos lo-  
 ci illius Fundatores, cum æterna laude  
 numerari. Quàm nobile ædificium possem  
 ego in corde meo Divinæ majestati constru- <sup>Vitia e-</sup>  
 ere, si prius horridum vitiorum spinetum <sup>radicã-</sup>  
 excinderem. Tu me in hoc non levi, ut ex- <sup>da.</sup>  
 perior, labore sudantem adjuva.

B. CON-



Obijt  
anno  
1191.

B. CONSTANTINE: quem mirabilium BERNARDI operum appendicem non immeritò dixerim. Etenim cùm per Campaniæ Comitum sententiam publicè ad scelerum tuorum supplicium ducereris, jamjam fu-

*S. Bernardus* infamis ligni longa appendix: *in-* opinatus (an fortè vaticino suo spiritu *eum à* adductus?) BERNARDUS occurrit *laqueo* pompæ ferali; funemque, qui è collo *liberat.* tuo pendebat, arripiens, renitente primùm, mox consentiente Judice, te ad Claramvallem deduxit, graviores, si mora temporis, leviores, si modus, & meritum spectetur, cruce suffigendum.

*Penitentia*  
*rigida.*

In eâ enim ultra triginta annos constantissimè perseverans, opere ostendisti, felicior, versa jam vice, te illam ferre, quàm te ipsa portasset. Vivendi igitur ista lex erat, ut præter panem & aquam nihil gustares: diem labores & preces implerent: nox ternis, quaternisve flagellationibus, quasi totidem vigilum militarium stationibus, distingueretur: oculi denique semper in terram defixi, perpetuos lacrymarum imbres effunderent. Ut dubium omnino non fuerit, te ex cruce ad gloriam, de fletu ad gaudium, beato vitæ & miseriarum fine transiisse. *Quis de infinita Dei misericordia desperet, cùm te ex scelestissimo*



ratissimo, & jam damnato latrone, videt  
mutatum esse in monachum, sanctitatis i-  
tulo dignum? Sed & quis non imietur pœ-  
nitentem, qui se noverit pariter nocentem?  
Jam calo intulit pedem, cui pœnitentia  
deserit esse amara.

Pœni-  
tentia.

S. BERNARDUS, ser. 61. in Cant.

Quid enim, si multorum sum mihi  
consciis delictorum? Nempe ubi ab-  
undavit delictum, superabundabit &  
gratia. Et si misericordiae Domini  
ab aeterno usq; in aeternum: ego quoq;  
misericordias Domini in aeternum  
cantabo.

Spes in  
miseri-  
cordia  
DEI.



22. Junij. 10. Cal. Julij.

BARNOLDE, Villariensis Conver-  
se; qui tanta severitate in gulæ vi-  
tium animadvertisti, ut ex abstinentiâ  
denique nata fuerit totalis inedia; sto-  
macho nullos omnino cibos pacificè  
recipiente. Quam ob causam cum in  
manifesto vitæ periculo, auxilia hu-  
mana nihil proficerent, pio errori re-  
medium cœlites submiserunt: dum se-  
cundum quietem visa tibi est S. Maria  
Magdalena

Floruit  
anno  
1222.